

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthias Stein

Programma Natalitium, Qvo Rector Academiæ Varniacæ Matthias Stein/ J. U. D. & Cod. P. P. ... Jesum Hodie Natum Nativitate Sua, non fictis, sed veris ex Miraculi Admirabilem sacris Civium Academicorum meditationibus sistit

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520278>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1716. Weihn.

~~M 1256. 148.~~



W. 1716

PROGRAMMA NATALITIUM,
RECTOR ACADEMIÆ VARNIACÆ,

MATTHIAS Stein/

J. U. D. & Cod. P. P.

Fctatis Jurid. ut & Coll. Profess. Senator. Senior,

JESUM HODIE NATUM
NATIVITATE SUA,

non fictis, sed veris ex Mirac

ADMIRABILEM

sacris

CIVIUM ACADEMICORUM

meditationibus

sistit.



ROSTOCHII,
TYPIS JOH. WEPPLINGI, SEREN, PRINC. & UNIV. Typogr.

M. 1256 1148



Nter ea, qveis huma-

ni generis Salvatorem , Jesulum nostrum hodie natum, divino afflatus spiritu Propheta Elaias Cap. IX. 6. appellavit, nomina primum est, cum eum legimus Admirabilem nuncupatum. Quod ei nomen omni omnino jure convenire , vel infinitis propemodum , ex personâ ejus , statibus, officiis, doctrinâ , miraculis & omni vitâ desumtis, argumentis probari posset. Ast temporis Festiq; hodierni, quod cum Ecclesia celebramus, memores, utpote cuius solius intuitu hæc instituenda meditatio atque scriptio erat , satis ducimus, Puerum illum hodie nobis natum & ipsâ suâ nativitate admirabilem nobis representasse. Oppidò enim multa & permagna sunt, quæ in eâdem qvâ confluere reperiuntur, miracula, consideratione nostrâ ac admiratione longè dignissima. Tantus illorum numerus est , qvem enumerare non licet, si vel lingvæ nobis centum essent oraqe centum. Sanè, opus non erat plura heic sive miranda sive miracula configi, qvæ Sacro Scripturarum Codici & ignorata sunt & ignota. Nihilominus haud satis Pontificiorum miracula, qvæ vel circa ipsam Christi nativitatem , cum Matris egressus utero esset, vel in Fœto illius natalicio postmodum & tantum non quotannis contigisse memorant, comminiscendi audaciam mirari possumus, quæ, magnam licet partem ita comparata, ut plus quam animal postulent eruditatem, credulo inter ipsos vulgo persuadere omni conatu allaborant nisuq;. Quis enim temere passurus est sibi persuaderi, quod narrant, hora nativitatis Christi omnes fontes vini habuisse saporem, vineasq; stirpes Romæ floruisse ac liquorem simul protulisse, idque præsertim in hortis Civis cujusdam Romani , cui nomen Engaddi: ex qvo aliqui factum fuisse colligunt, Festum hoc abs Germanis vocari Weinachten/ qvæ tamen appellationis ratio, ut qvam maximè, fabulosa existit. Haud absimile isti figmento est , quod alii referunt, eodem, qvo natus est Christus , die Romæ in transtiberinâ regione largissimum olei fontem erupisse ac per integrum illum diem continuo fluxu manasse. Quid de templo æternitatis nocte illâ, qvâ editus Salvator est , funditus collapso non legimus memoratum? Non pigrabimur bellam isthanc fabellam integrum transcribere , qvam veræ historiæ

storix instar ita narratam deprehendimus. Templum Romæ fuit, quod vocabant æternum, omnibus impensis & Urbis & Orbis consummatum. Cum enim Romani in victoriosa antiquitatis memoriam templum singulari schema facere decrevissent, ab omni illâ Deorum, imò Dæmoniorum multitudine quæsiverunt, usque quo durare posset tam excellentis operis operosa constructio? Responsum est, donec virgo pareret. Illi, ad impossibilitatem oraculum retorquentes, *Templum Æternum* solennem illam machinam vocarunt. Nocte autem istâ, cum de virginali thalamo virginicus flos Mariæ egressus est, ita cecidit & confractum est illud murale & columnarum opus, ut vix apparerent vestigia ruinarum. Sunt, qui referunt, eadem nocte, quâ ex muliere natus est Deus, omnia Egyptiorum simulacula concidisse. Porro Miraculis istius noctis accensent, quod eâ omnes omnem terrarum per orbem existentes Sodomitæ repentina igne consumti fuerint. Et mendacia mendaciis accumulaturi fingunt noctem illam, quâ ortus est Sol Justitia, tantâ collustratam luce fuisse, quæ ad Patres in Limbo detentos penetraverit, ac impleverit vaticinium de populo in tenebris sedente, magnâque luce perfuso. Sed quis omnia in otiosis ad quæ fingendum pronis aptisque hominum ingenii, quæ nocte illâ contingisse garriunt, enata miracula enarrare valet? Non tamen intermittere possum, quin unicum duntaxat adhuc referam, quod, licet non eâ, quâ natus est dulcissimus Salvator, nocte ipsâ, attamen natali ejus, quod Ecclesia celebat, Festo, & qvidem intra superioris seculi decursum, ecquis enim ignorat, quam frequentia jactentur in regno nebrarum Pontificio miracula? patratum, commenti sunt, legendum in *Fr. Ambros. Schönhardtii*, Ord. Præd. Prædicatoris Generalis in Conventu Vratislavienſi, Geistl. Vorrath. Rammer über alle Sonnstage des Jahrs/ Conc. in Fest. Nativ. p. 314. cuius ipsius verbis, ne quid figmento affingere videamur, cum Lectore illud communicabimus. Anno 1641. scribit, war zu Neapol ein Leibeigner Türkischer Knecht / der in heiligen Weimacht. Feiertagen schend / daß das Volk aus Fürwitz so häufig in eine Kirch ließ / wo ein überaus schönes künstliches Krippel gequet war / sich auch mit ihnen hinein drang / stand von fern / und weidete seine Augen in unbekannter Audacht! Niemals aber ist ein nützlicher Fürwitz begangen / niemals von einem fürwitzigen Auge ein mehr glückseliger Blick gethan worden. Denn siehe / indem der Türk also von weiten

ten steht / und nichts dergleichen gedenkt / so fängt das in der Kripp
liegende Kind's Bildel ihn anzuschauen / mit ausgestreckten Händen
und Finger zu winden / ja mit klarer Stimme nicht ohn hohe Bestürzung
der Anwesenden ihn zu sich zu rufen / hörete auch mit Wincken nicht
auff / bis er ganz erschrocken und bestürzt hinzutrat. Wie er ange-
nahet / hält das Kindel ihm den Catechismus / lehret den Türcken die
Erstlinge des Glaubens / ermahnet ihn / er solle sich bald tauffen lassen /
denner werde in kurzem mit ihm im Himmel seyn. Kurz und gut
wurde es auch von dem grossen kleinen Magistro gelehret / bald und wol
wurde es auch von dem unverhofften Schüler gelernt; die Lehr / welche
er gefasset / that der Türk alsbald gar fertig hersagen / begehrte in-
ständig die H. Tauff / und nach Empfang derselben wird er von
Stund an tödlich frant : Dem Tod aber nunmehr annahend
ließ er sich öffentlich vernehmen / er könne nicht eher sterben / ehe er
mit der heiligen Weg-Zehrung verschen sey / welche nach dem er
genossen / ist er zu den kleinen / der ihn gerufen / in Himmel abgezogen.
*Hec legens quis non obstupescet atque mirabitur, non miraculosum
quidem factum, id quod non factum, sed fictum esse, sine multâ divi-
nandi facultate intelligitur; at impudentem fingendi mentiendique,
quam sibi sumunt, hominum licentiam? Sed tamen isti homines ejus-
modi præstigias magno conjectari amoro non erubescunt, quæ imperita
ac superstitionibus mirum in modum assuetæ plebeculae, sive de ca-
thædra propositas sive literarum monumentis insertas, persuadere
syeverunt, etiamsi ipsi (ecquis enim illis insipientiam tantam, tantam
que imprudentiam tribueret, ut talia crederent vera esse?) easdem
rideant proque meritis nugamentis ducant. Apage proinde nugas istas,
quarum recensionis me jam pertulsum est, quæ tantum abest ut nativi-
tatem Salvatoris nostri admirabilem reddere possint, ut potius falsita-
tem suam nimis aperte prodant, cujusmodi vel quævis superstitionis
confingere valet anus. Nequaquam necessarium est aut opus, talia
confingere sanctissimæque veritatis apparatum eo figmentorum genere
onerare potius & conspurcare, quam ornare, ac si propterea dignum
admiratione estimandum sit natalitium Salvatoris nostri Festum.
Solum si evolvimus Oraculorum divinorum volumen, invenimus in
eo Jesum nativitate suâ admirabilem, adeo, ut nullis egeat commen-
tis, aut miraculis vel falsis vel suspectis. Quapropter etiam nec ea
quidem hoc referemus, quæ, licet non ab omnibus rejiciantur, fal-
sitatig*

fitatis tamen non immerito suspecta habentur. Tale est, quod, Svidæ potissimum ac Nicéphori testimonio nixi, referunt de Oraculo Delphici ceterorumque in Natali Christi obmutescientia, ut Augustus Imperator ad Oraculum Apollinis Pythii profectus responsum frustra quæsiverit, Dæmonie tandem, post iteratum sacrificium, de silentio abs Christo recens nato sibi imposito hisce conquesto verbis:

Me Puer Hebreus, Divos DEus ipse gubernans

Cedere sede iubet, tristemque redire sub oreum:

Aris hinc ergo tacitus abscedito nostris.

Qvod si vera haec essent, ecquis non ea miraculis adscriberet, à quibus admirabilis redditur Christi Natalis? Verum enim vero, non satis tuto narrationi huic fidem adhiberi, clamat Historia, post Christum natum etiam Apollinis Delphici Oracula vocalia tuisse, testata, quâ de re legi poterit *Casaubonus Exercit: ad Baronii Annales I. n. 25.* Neque etiam indubitatorum nativitatem Salvatoris concomitantium miraculorum in censu vocare audemus, qvod sibi per falso aliqvi habent, Mariam hunc Filium suum clauso utero peperisse. Absit, Matris Θεότης virginitas in dubium vocetur, quam Angelus conceptionis miraculosæ nuncio contestatam novimus, se virum non cognoscere, *Luc. I. 34.* At vero etiam constat, virginitatem non uteri aperturâ, sed maris admissione, ladiatque amitti. Cumque Apostolus disertis verbis *Ebr. II. 17.* edicit, Christum per omnia fratibus similem factum esse, ita tamen, ut esset sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, secundum *Cap. VII. 26.* exclusio autem partus ex utero aperto in se, utpote quæ sine dubio in statu quoque integratissimæ, si in eodem persistissent, futura fuisset, nihil pollutionis aut peccaminosi continet: cur, quæso, miraculosum hic pariendi modum nobis imaginabimur, de quo universa filet Scriptura Sacra? Utque generatim dicam: Non est, cur miracula heic vel singantur vel admittantur, de quibus per sanctos DEI homines testatus non est Sanctissimus Spiritus Christi. Interim Jesulum nostrum nativitate suâ videmus Admirabilem, non fictis, sed omnino veris, omnem & angelicum & humanum captum superantibus, miraculis. Qvotus enim quisque est, qui non miretur, Virginem castissimam, puram illibatam & virum non cognoscentem peperisse? Tantæ magnitudinis miraculum hos est, ut omnium obstruantur ora, omnis ratio fileat,

tota Natura stupescat. Ubinam enim & qvo seculorum decursu auditum
unquam fuit, & Virginem Matrem fuisse, & Matrem intemeratam
servasse Virginitatem? Memini quidem, me legere Patriarcham illum
Hæreticorum, qvo Titulo eum designare solent. Simonem intelligo
Magum, ut crederetur, qualis haberi affectabat, Deus jactabundum
mentitum fuisse, se ex Matre Rachèle, illæstera ejus virginitate, progna-
tum. Sic & in Fabulis est, Perictionem, Matrem Platonis, ab Apol-
line compressam, ut virginem partum edidisse. At vero, neminem
sanæ mentis puto vel impostoris illius mendacio, vel vanis Poëtatum
figmentis fidem temere habiturum esse. Faceant igitur illa, oportet,
ubi certissimum habemus, omnem humanam fidem superans, par-
tus virginis exemplum. Maria, Virginum castissima, qvæ Virum
non cognoverat, Filium parit. Undenam vero ille? Audiatis, qvæ
vel ipsam de eo sollicitam Matrem futuram instruxerit Angelus, DEI
ad illam Legatus. Miranti enim conceptionis nuncium, ac insolita
omnique Naturæ potentiae impossibilis rei ex admiratione qværenti:
Quomodo erit istud, quandoquidem virum non cognosco? respondens
dixit: Spiritus S. superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit
tibi: quapropter & quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius DEI.
Advertimus hic statim aliud miraculum miraculo conjunctum, priori
illo, si comparatio qvædam atque contentio fiat, excellentius longe
majusque. Eece nimirum! homo DEum, creatura Creatorem, mor-
talis immortalem concipit, immensus ille, quem non capiunt cœli
cœlorum, exigui angustiis uteri includitur; qui omnia sustentat
verbo potentiae suæ, sustentatus in utero gestatur: mulier fit Fili DEI
mater, Filius Altissimi fit ancilla Filius, & qui ab æterno est, in tem-
pore nascitur; originem qvi nullam habet, cepit tandem originem;
Verbo: DEus est ex Maria natus. O Admirabilem nativitatem suam Salva-
torem nostrum dulcissimum JESUM! Haud facile qvæpliam fugit,
qvam pleni sint Poëtarum libri foedis putidissimisque, de Deorum,
qvos Gentilius venerabatur cœcitas, generatione, commentis ac fa-
bulis qvam nugacissimis. Qvo autem habendi loco sint fictitii Pa-
ganorum Dii, ut homuncionum abs patre mendaciorum miserè sedu-
ctorum in cerebello nati, sic cum Auctoribus suis ad orcum, unde
orti, dudum relegari, neminem etiam Christianorum fugit. At nobis
indubitatè constat, verè verum & æternum DEum in tempore ex Ma-

ria.

ria Virgine natum esse. Ita qvippe testatus est testis Spiritu DEi plenissimus, Paulus , Gal. IV. 4. scribens : *Ubi venit plenitude temporis, emisit Deus Filium suum, natum ex muliere.* Melchisedecus, cuius Gen. XIV. 18. sqv. in Historia Abrahams celebre nomen est, non sine legentium admiratione dicitur *sine Patre, sine Matre, sine Genere, neque initium dierum, neque vita finem habens*, Ebr. VII. 3. scilicet inde, qvod ista de eo nullibi Scripturarum relata leguntur. Alias verò re ipsa eundem & ex Parentibus naturali generatione prognatum incepisse, & mortalitati obnoxium vivere desisse, nullum dubium est. Silentio autem præterire illa Spiritus S. voluit, quia typus esse debebat Melchisedecus ille Jesu nostri hodie nati. Enim verò hic verè Admirabilis sua est nativitate: *sine Patre, sine Matre, & tamen Patrem pariter habens ac Matrem.* Qvæ si ænigmata forte cuipiam videntur, cogitet, oportet , DEum ex homine natum , & Filium Mariæ Altissimi Filium esse. Dicam, qvod maius est: JESUS hodie natus Θεός ἦραντος est, DEus & homo, homo & DEus, unâ individuâ in personâ. Mysterium magnum & ineffabile! qvod ratio non capit, Nestoriani rident, Calvinio-Reformati consequentiis impugnant , ac universa Anti-Trinitariorum turba ludibrio habent. A nobis autem indubitate fide creditur , certissimis, sine hac fide salutis spem exiguum, imò nullam esse. Nec dubios de eo nos lingvunt testes à Spiritu S. acti, qvorum Scripta testimonialis de illo plena sunt. Ita qvippe Johannes, Verbum, inquit , caro factum est, Cap. I. 14. & Paulus Gal. IV. 4. *DEus emisit Filium suum, natum ex muliere;* & iterum I. Tim. III. 16. Circa controversiam magnum est pietatis mysterium, DEus manifestatus est in carne; iterumqve Ebr. II. 11. Posteaquam pueri commercium habent cum carne & sanguine , & ipse similiter particeps factus est eorundem; mox item v. 16. assūmit semen Abrabe. Aut omnia me fallunt, aut admirabilis propterea dicenda est JESU nostri nativitas. Inter Naturæ, qvæ dicuntur, miracula, si non præcipuum, saltem, me qvidem judice, non postremum est unio illa inter Animam atqve corpus, qvæ nos homines facit: qvam explicare sufficienter hactenus non valuere, nec valebunt fors in posterum, qvatuncq; virium ingenii illuc intenderint, Physicorum filii. Non declarare rem, sed tantum balbutire de è Philosophiam Naturalem audimus, qvando de naturali hac unione differere instituit. Qvanto magis igitur invincibilem ignorantiam profiteri habet, si quando

do de DEI cum homine unione personali fuerit consulta. Qvi enim capiet, DEum infinitum finito cum homine unitum, & ita quidem, ut cum integro homine, anima & corpore constante, DEus unus inividuum constitutus personam? O admirabilem nativitatem incomprehensibile ac ineffabile mysterium! Et quae non alia, infinito penè numero, cum eo conjuncta sunt admiranda? Ex hoc enim fluit, qvlcqvad male sana Nestorii ogganiat ratio, eum, qvi est Maximus, factum esse infantem; ex homine natum esse DEum; ancillam peperisse suum omniumq; Dominum; Altissimum ex vili ortum trahere; Eternum initium habere; Immensum fasciis involutum ac præsepi inclusum teneri; Creatorem omnium Creaturæ ortum naustum esse; qvi omnibus victum dat, alit, conservat, opus habere ut ab illis alatur, qvos alit; Immutabilem ætate crescere; Omisciū crescere sapientiā; cujus gratiā cuncti indigent, hominum gratiam mereri; Sanctissimū ob peccata puniri; Impassibilem pati; Immortalem mori; Vitam ex mortuis resurgere; Omnipræsentē & ad infernum descendere & ascendere in coelum; qvin & finitum infinitū gaudere omnipotentiā, omniscientiā, omnipræsentiā; hominē pollere Majestate divinā; creaturæ Creatoris, deberi cultum. Prolixiorem, CIVES! Miraculorum, exqvibus JESUM nostrum Nativitate suā Admirabilē agnoscimus, catalogum contexere in promptu foret: ast charta spatiū me brevitatis admonet. Qvamobrem cetera, sunt autem ea longe plurima, silentio præterire teneor, tantummodò Vos adhuc hortaturus, ut ea festo hoc tempore, qvo admirandæ Nativitatis, cui similem orbis nec aliam vidit nec visurus est, memoriam recolimus, studiose, pie, sancte meditemint. Sic autem meditanda sunt, ut & recte agnoscere Salvatorem nostrum, exinde queatis, & qvid pro suā Nativitate ipsi debeamus, discatis, qvō & in cordibus vestris nascatus qvotidie JESUS admirabili, sensibus nostris & qve ac rationi imperiā, nativitate.

*P. P. Sub Sigillo Acad.
ipso Natali Festo,
Anno R. S. MDCCXVI.*

as(0)9



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003520278/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520278/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003520278/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520278/phys_0012)

DFG

ria Virgine natum esse. Ita qvippe testatus est testis Spiritus
 nissimus, Paulus, Gal. IV. 4. scribens: *libi venit plenius*
emisit Deus Filium suum, natum ex muliere. Melchisedec
 Gen. XIV. 18. sqv. in Historia Abrahami celebre nomen est
 legentium admiratione dicitur *sine Patre, sine Matre, sine*
que initium dierum, neque vite finem habens, Ebr. VII. 3.
 inde, qvod ista de eo nullibi Scripturarum relata leguntur.
 rò reipslà eundem & ex Parentibus naturali generatione proge-
 cepisse, & mortalitati obnoxium vivere desisse, nullum
 Silentio autem præterire illa Spiritus S. voluit, qvia typus
 bat Melchisedecus ille Jesu nostri hodie nati. *Enim verò hi*
mirabilis sua est nativitate: sine Patre, sine Matre, & tamen
riter habens ac Matrem. Qvæ si ænigmata fortè cuiquam
 cogitet, oportet, DEum ex hom'he natum, & Filium Mari
 Filium esse. Dicam, qvod majus est: *JESUS hodie natus* ~~est~~
 est, DEus & homo, homo & DEus, unâ individuâ in perso-
 sterium magnum & ineffabile! qvod ratio non capit, Ne-
 dent, Calvinio-Reformati consequentiis impugnant, ac uni-
 Trinitariorum turba ludibrio habent. A nobis autem indu-
 creditur, certissimis, sine hac fide salutis spem exiguum, in
 esse. Nec dubios de eo nos linqvunt testes à Spiritu S. ac
 Scripta testimoniis de illo plena sunt. Ita qvippe Johanne
 inquit, *caro factum est*, Cap. I. 14. & Paulus Gal. IV. 4.
Filiū suū, natūm ex muliere; & iterum I. Tim. III. 16.
troversians magnum est pietatis mysterium, Deus manifestatu-
ne; iterumq; Ebr. II. 11. *Posteaquam pueri commercium*
carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est corun-
item v. 16. assumit semen Abraham. Aut omnia me fallunt, a-
 bilis propterea dicenda est JESU nostri nativitas. Inter Natu-
 cuntur, miracula, si non præcipuum, saltem, me qvidem
 postremum est unio illa inter Animam atq; corpus, qvæ n-
 facit: qvam explicare sufficienter haec tenus non valvere, nec va-
 in posterum, qvatumcunq; virium ingenii illuc intenderint,
 filii. Non declarare rem, sed tantum balbutire de cä Philoso-
 turalem audimus, qvando de naturali hac unione differere
 Qvanto magis igitur invincibilem ignorantiam profiteri ha-



the scale towards document